#

Accepi literas tuas, mi pater, vna cum Germanica defensionis
illius interpretatione, quam statim ad D. Amiralium misi, vt ei
vestrae quoque Ecclesiae studium et diligentiam approbem. Is quemad-
modum postremis meis literis tibi significaui, quum Guisanos vide-
ret tanto cum apparatu in aulam venisse, Justitiam, quam vocant,
à rege petituros, primum quidem per fratrem, olim Cardina-
lem, nunc Comitem Bellouacensem, obtulit sese vltro coram
omnibus, non suspectis Judicibus compariturum, quoties Regiae
maiestati libuisset, quod si armis rem decerni mallent, sese vna
cum duobus suis fratribus innocentia sua fretum, vel seorsum
vel simul, cum totidem Guisanis, si regiae maiestati placeret,
decertaturum. Interea conuocauit et ipse amicorum et cognatorum
copias, quos quidem certum est prompte accurrisse, vt octo dierum
spatio, ad duo equitum nobilium millia coegerit. Rex vero sua
authoritate, vtrosque arma ponere, et domum quoque redire iussit,
addita et poena ijs qui non paruissent, Senatui parisiensi
adempta est ea cognitio, et data ex magno, quod vocant, Concilio
Judices. [illegible] optima spes est detectis et fractis hostium consilijs
Amiralium bene penitus liberatum iri. Rex tandem Lutetiam
ingressus, Senatum et municipales magistratus [illegible]
reprehendit. Ademptae sunt arma omnibus; detractis ex compi-
tis catenis, [illegible] est ibi numerus. Inquiritur in
multos, et [illegible] spes est [illegible] et seditiosorum principes istos
nas [illegible] qui audita pacificissimum de-
ditione, mox [illegible] Ciuitates quietiores reddant.
rege optima [illegible] adeo, [illegible] [illegible] nobis nuntiantur. Et con-
nisi coram [illegible] à tantu [illegible] [illegible]tum ego ipse in eo am-
madueti, maxima quoque [illegible] expectarim. Ceterae Eccla-
pacificae felicissime promouentur. Sed plerisque locis ea est pestis seui-
ties, vt maxima iam vrbium partem consumpserit. Haec
sunt domini flagella simul perdentis impios, et suos castigantis.
Vtinam vero tandem peccatis nostris deletis, nos benignus
respiciat, et nos vicissim serio tandem resipiscamus. Quod ad nos
priuatim attinet: Recta hic omnia Dei beneficio, si Caluini nostri
perpetuos morbos excipiat, quem vtinam bene nobis restituat
Dominus. Quid nobis responsuri sint Basilienses auide
expectamus. Bene vale, mi plurimum obseruande pater. D.
Jesus te incolumem seruet vna cum Feiby et collegis omnibus,
quos vna tecum salutare iubeo, et fortiter ad extremum vsque
in ope Domini perseuerare, cum totius Ecclae fratribus. Geneuae
20 octob.

tuus Beza.

De Sabaudi morte, iam pridem multi afferunt nuntij. Ego tamen mortuum
esse non arbitror. Sed parum in eo spem vitae esse, vel ex eo colligo, quod
suspicio est in pedemontem transituros, quamuis dicantur aduersus
tumultuantes adhuc prouinciales mitti. Magna pars illorum est ex
nostris, ita vt nihil sit Ecclesijs ab ijs metuendum.

Epta Θ ß . 12. octo.

Pl. lag Newe
Zeitung :~